Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Quae sunt opera bona in quibus in Christo Iesu creati sumus? Bonitas scilicet, integritas,
pietas, iustitia, veritas, misericordia, caritas, pax salutaris, laetitia spiritualis,
cum suis fructibus. Haec omnia cum fructibus suis bona sunt. His vero contraria mala sunt, scilicet
malitia, corruptela, impietas, iniustitia, mendacium, avaritia, odium, discordia,
amaritudo, cum fructibus ex multiplicibus quae ab eis nascuntur. Innumerabilia sunt
enim quae de utrisque contrariis, id est bonis et malis, perpetrantur. XII.

QUOD AUTEM DECLINAT A BONITATE — Quod malum est declinandum

et integritate, hoc primum malum est, quod est superbia, malitiae primae, cui con
traria est piae bonitati humilis existimatio suum creatorem agnoscentis et glo
rificantis, quod est rationabilis creaturae primum bonum. Sic et cetera per duplices sen-
suum partes in inmanem omnium silvam creverunt. Quae cum ita sint, tenenda sunt
fortiter bona cum habentibus auxilium, quod semper orandum est, per prospera et adversa,
ne aut extollamur in prosperis in vanitatem, neque deiciamur in adversis in despe-
rationem. Ideo continenda semper est ab utroque periculo, id est ab omni nimietate
per temperantiam gloriosam et veram discretionem, quae christianae humilitati adhaeret
et viam perfectioni verae Christi militibus aperit, discernendo scilicet semper in dubiis
recte, ut inter bona et mala ubique dividendo iuste, sive inter utraque, foris sive inter
corpus et animam intus, sive inter opera et mores, sive inter curam et quietem, sive inter
publica et secreta. Mala itaque sunt cavenda similiter: superbia, invidia, mendacium,
corruptela, impietas, mala morum transgressio, gulae fornicatio, cupiditas,
ira, tristitia, instabilitas, vana gloria, elatio, detractio. Bona quoque virtutum sectanda
sunt: humilitas, benignitas, puritas, oboedientia, abstinentia, castitas, largitas,
patientia, laetitia, stabilitas, fervor, impigritia, vigilantia, taciturnitas. Quae
per fortitudinem sufferentiae et temperantiam moderantiae quasi in quadam ponde-
ratrice discretionis statera statuenda in actus sunt operis ad sui percaptum conatus
nostri sufficientiam ubique quaerentibus. Nam cui sufficientia non sufficiunt excessisse
discretionis modum nulli dubium est. Et quicquid ipsum modum excesserit, vitium esse

IGITUR INTER PARVUM ET NIMIUM v̄ rationabili est. XIII. manifestum est.

in medio mensura, revocans semper utrumque superfluo in omni re posita,
certum ubique necessitati procurans, ac irrationabiles superfluo voluntates de
clinans. Et haec mensura discretionis verae omnes nostros ponderet trutinans
iustos actus, nequaquam nos deviare ab iusto permittit, neque stellam vice ducis
per directum semper sequentem errorem pati. Dum enim de utraque parte semper est